

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

Luxemburgi, 1740

XVII. Creatio Puerorum Honorariorum INComites Palatinos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74724)

ANNO
1721.

INNOCENTIUS DECIMUS-TERTIUS.

ANNO
1721.

43

Preces Pro-
curatoris Ge-
ner. Terra-
S. pro confir-
matione d.
Constitutio-
nis jam plu-
rimes confir-
matas.

Confirmatio-
nem præd.
Constitutio-
nis.

tates eorumdem sacerorum monumentorum Populo proponi, & commendari curarent, & facerent, & alias prout in ipsius Urbani Prædecessoris Literis defuper in simili forma Brevis die 3. Februarii 1634, expeditis Literis, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus uberiorius continentur; & sicut pro parte dilecti filii Emanuel Fernandez del Rio Ordini Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Lectoris Jubilati, ac Excustodis Provinciæ Burgensis, necnon totius Sacrae Custodiæ, ac Familia Terra Sanctæ in Romana Curia Commissarii, & Procuratoris Generalis Nobis nuper expositum fuit ipse quo prædictæ Urbani Prædecessoris Literæ, quæ a recolen. me. Innocentio X., Clemente etiam X., Innocentio XI., Alexandro VIII., Innocentio XII., ac Clemente pariter XI. Romanis Pontificibus Prædecessoribus itidem nostris confirmatae fuerunt exactius obseruentur, illas per Nos pariter confirmari, & innovari desideret: Nos eorumdem Sacrorum monumentorum conservationi, & manutentioni consulere volentes, prædictas Urbani Prædecessoris Literas Apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus pariter, & approbamus, illasque innovamus, & observari mandamus. Volumus autem, ut Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi prædicti in relatione status Ecclesiæiarum luarum, quando visitabunt limina Apostolorum, facienda, referant, se prædictis Urbani Prædecessoris, & præsentibus Nostris Literis paruisse; contraria noui obstantibus quibuscumque.

§. 2. Volumus insuper, ut earumdem præsentium Literarum transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annuo Piscatoris die XXI. Novembri MDCCXXI. Pontificatus Nostris anno Primo.

XVII.

Creatur 50. Pueri Honorarii occasione solemnis Equitatus in Comites Palatinos, & aurata Militia Equites.

Dilecto Filio Alexandre Casali Romano.

Dat. 15. Dec.
1721. ann. 1.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Dilecte fili Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium.

EX Romani Pontificis beneficentia provenire dignum est, ut qui erga illum devotionis, & obsequii signa demonstrant, iidem ab ipso Romano Pontifice honoribus, & gratis decorentur.

Causa hu-
jusmodi
Creationis.

§. 1. Cum itaque nuper in solemnni equitatione, qua nos insigni S. R. E. Cardinalium Antistitum, Procerum, ac Officialium, Ordinumque Romanae Curiae comitatū pompa celebri, & multorum Adolescentulorum nobilium, seu puerorum honorariorum ad latus nostrum adstantium, corona stipati, lectica e Palatio nostro Vaticano, ad Ecclesiam Sancti Joannis Lateranen., ut moris est, processimus, Tu unus ex Adolescentulis, seu pueris honorariis hujusmodi extiteris, Nos propterea ut aliquod paterni nostri affectus in familia tua extet monimentum, Te peculiaris benevolentia Nostra favore prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latiss., si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effe-

cum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac merita liberalitate Nostris, Te aurata militia Equitem, ac Aulæ Lateranensis, & Palatii Apostolici Comitem, tenore præsentium facimus, & creamus, Teque aliorum Equitum, & Comitum hujusmodi numero, & conforto favorabiliter aggredamus. Tibique, ut Torquem aureum, & Ensem, & aurata Calcaria gestare, necnon omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, & indultis, exemptionibus, & prærogativis, quibus alii Equites, & Comites hujusmodi de jure, usu, coniunctudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, par modo (citra tamen exemptions a Sacro Concilio Tridentino sublatas) uti, frui, & gaudere libere, & licite valeas, earumdem tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub anno Piscatoris die XV. Decembri MDCCXXI. Pontificatus Nostris anno Primo.

Similis pro singulis aliis pueris honorariis juxta Notulam introclusam. Datum ut in precedenti.

Nomina aliorum Puerorum honorariorum.

Franciscus Olivieri Miles nondum Professus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani. Joannes Hieronymus Olivieri Frani Miles Militia SS. Mauriti, & Lazari. Comes Franciscus Simonetti, Fantuzzi. Cajetanus Terzi, Dominicus de Effectibus, Franciscus Eleonori, Ruggerius Falsacappa, Bernardinus Bernardini. Ludovicus Cafali Nobilis Romanus. Innocentius Muti Nobilis Romanus. Vincentius Muti Nobilis Romanus. Cosmus de Angelis. Bonacorius Bonacorsi, Marius Orsini. Paulus Ciogni. Cajetanus Rita. Paulus Costa. Hieronymus Mignanelli. Comes Andreas Piazza. Joannes Baptista Justiniani. Michael Angelus Magnoni. Franciscus Narici. Joannes Crivelli. Antonius Crivelli. Hieronymus Ercolani. Nicolaus del Majo Frater Miles nondum professus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani. Carolus Bentivolo. Felix degl'atti. Carolus Pozzi. Joannes Guglielmus Valignani, Horatius Amadei. Erminegildus del Cinque. Philippus Antonomi. Dominicus Papetti. Michael Narici. Alexander Orsini. Alexander Sarazzani. Paulus Benedetti. Octavius Carletti. Diomedes Cerichelli.

D 4

Felix

Clausula.

Creatio
præd. motu
proprio fa-
cta.

ANNO 44

INNOCENTIUS DECIMUS-TERTIUS.

1721.
& 1722.

Felix Sandali.
Dominicus Simonetti.
Tiberius Astalli.
Joannes Maria Torri.
Comes Franciscus Piazza.
Franciscus Gerardini.
Paulus Hieronymus Torre.

XVIII.

Statuitur, ut Festum S. Antonii de Padua sit de
Præcepto in Hispaniarum, & Americae Regnis.

A Clemente XI. Conf. ed. 1708, Dec. 6. P. 9,
mandatum fuit ut Festum Conceptionis B. M.
ubique de præcepto servaretur.

Dat. 27. Janu.
1722. Ann. I.

Exordium.

Preces Re-
gis Catholi-
ci, & cau-
titati.

Statutum
præd.

Clausulae.

XIX.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Credita Nobis Cælitus dispensationis ratio
exigit, ut piis Orthodoxorum Regum, &
Principum pietatis, aliarumque Christianarum
virtutum decoribus multipliciter fulgentium vo-
tis ad augendam in Terris Sanctorum cum Christo
in Cælesti Hierusalem regnantium qui tradita
sibi talenta non desiderunt in Terram, sed uberi-
bonorum operum fructu multiplicarunt, veneratio-
nem laudabiliter tendentibus favorabilem assen-
sum paterna benignitate præbeamus.

S. 1. Cum itaque sicut pro parte Charissimi
in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis
Catholici Nobis nuper expositum fuit, ipse Phi-
lippus Rex pro singulari sua, Subditorumque suorum
in Hispaniarum, & Americae Regnis eidem
Philippo Regi subjectis degentium erga Sanctum
Antonium de Padua Confessorem devotione, fe-
stum ejusdem Sancti Antonii in diuis Regnis de
præcepto servari plurimum desideret. Nos devo-
ta, grataque animi intentione considerantes quot
idem Sanctus illustria Sanctitatis Sua monumenta
reliquerit, & quot miraculis, quæ Divina bonitas,
ejus intercessione operari dignata est eximie
claruerit, ac proinde piis, enixisque memorati
Philippi Regis precibus Nobis super hoc humiliter
porrexis benigne inclinati, & Venerabilis
Fratum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris
Ritibus Præpositorum consilio, ut perpetui fu-
turi temporibus festum ejusdem Sancti Antonii
de Padua in memoratis Regnis, & Dominis
tamquam de præcepto servetur, auctoritate A-
postolica tenore præsentium statuimus, & ordi-
namus.

S. 2. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contra-
riis quibuscumque.

S. 3. Volumus autem, ut earumdem præsen-
tium literarum transumptis, seu exemplis, etiam
impressis manu alicuius Notarii publici subscri-
ptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate
constituta munitis, eadem prorsus fides ubique
locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus habe-
retur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem
sub annulo Piscatoris, die XXVII. Januarii
MDCCXXII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Declaratur nullum Edictum Senatus ac Magistra-
tus Lucernæ super moderatione subsidiorum
dotalium, livellorum, aliarumque expensarum,
Monialium, cum nonnullis Ordinationibus.

A Clem. XI. Conf. edit. 1718. Dec. 10. P. 19.
nullus declaratus fuit Tractatus Pacificationis in-
ter Abbatem S. Galli, & Magistratus Bernen. &
Tigurin. Et a Bened. XIII. Conf. ed. 1726.,

Febr. 14., P. 2. nulla declarantur gesta a Secu-
lari Potestate in Sabaudia, & Pedemontio ad-
versus Monasterium Magnum S. Bernardi.

Venerabili Fratri Episcopo Constantien.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam
Benedictionem.

ANNO
1722.Dat. 27. Mart.
1722. An. I.

Exordium.

Romanus Pontifex in sublimi Apostolica Se-
dis specula cum potestatis plenitudine a Do-
mino constitutus, Ecclesia Jura ubique sara te-
cta tueri, ac adversus quæcumque per quæ illis
aliquid detrimenti inferri dignoscitur, tradita si-
bi Divinitus auctoritate vindicare tenetur, sicut
omnibus matura considerationis trutina perpen-
sis, æquitati, & justitia, rectoque Ordini con-
sentaneum esse in Domino arbitratur.

S. 1. Ad Nostri siquidem Apostolatus noti-
tiā non sine gravi animi nostri molestia perse-
nit, quod nomine Moderni Prætoris, & Sena-
tus, necnon Magistratus C. centum nuncupat.
Oppidi Lucernæ istius Constantien. Dicces, pro-
dicit quoddam Decretum, five edictum non ita
pridem evulgatum, quo inter alia Superiorissimis
Monasteriorum Monialium in eodem Oppido
ejusque Dominio consistentium modus, & forma
indicitur, quem de cetero in admissione, & re-
ceptione earumdem Monialium sequi, & servare
debeat, a subsidiorum, seu Eleemosynarum do-
talium quantitas deinceps solvenda prescribitur,
aliaque circa livellos, annuasque præstationes ip-
sis Monialibus assignandas, & expensas occa-
sionis earum Monachationis facientes non minus
temere, quam nulliter statuantur, & ordinantur,
prout in memorato Decreto, five edicto, cuius
tenore non quidem illud approbandi, sed pror-
fus reprobandi animo præsentibus pro plene, &
sufficienter expresso, & inserto haberi volumus
pleniū dicitur contineri.

S. 2. Cum autem præmissa, ad quæ iidem
Prætor, & Senatus, ac Magistratus manum in
messim alienam extentes, damnabiliter deve-
nerunt, Ecclesiasticam libertatem, ac jurisdic-
tionem Dei Ordinatione, & Canonicis Sanctioni-
bus constitutam aperte leserint, & ladan, nec
ullo modo perferri, aut dissimilari valeant. Hinc
est, quod Nos ex debito Pastoralis officii quod
humilitati nostræ meritis licet, & viribus longe
impari commisit Divina Dignatio prædictæ Eccle-
siæ jura a perniciose hujusmodi laicorum cona-
titibus illæsa, & illibata conservare cupientes,
Decretum, five edictum præsumat, sicut præmit-
tit, promulgatum, aliave quæcumque in præ-
missis, seu eorum occasione in præjudicium li-
bertatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ quovis mo-
do acta, gesta, & ordinata cum omnibus, &
singulis inde secutis, & forsitan quæcumque se-
cutoris penitus, & omnino nulla, inania, in-
valida, irrita, & a non habentibus potestatem
attentata, & de facto præsumta, nulliusque prou-
sus roboris, & momenti esse & perpetuo fore
auctoritate Apostolica tenore præsentium decla-
ramus; Et nihilominus ad majorem cautelam, &
quatenus opus sit, illa omnia, & singula harum
serie itidem perpetuo revocamus, cassamus, ir-
ritamus, annullamus, viribusque, & effectu pe-
nitus, & omnino vacuamus, ac pro revocatis,
cassatis, irritatis, nullis, invalidis, & abolitis, vi-
ribusque, & effectu penitus, & omnino vacuamus,
ac pro revocatis, cassatis, irritatis, nullis,
invalidis, & abolitis, viribusque, & effectu pe-
nitus, & omnino vacuus semper haberi volumus.

S. 3. Districtius propterea, ac in virtute San-
ctæ obedientiae mandantes omnibus, & singulis
Abbatissis, Priorissis, ac quocumque alio nomi-
ne nuncupentur Superiorissimis Monasteriorum Mo-
nialium hujusmodi, ipsiusque Monialibus, alii-
que eo-

Epitome
Edicti, in
quo deter-
minant Mo-
nialium sub-
sidia Dot-
alia. Livella
aliamque ex-
pensæ ab ea-
rum confan-
guineis fa-
cienda.

Cause se-
quentis de-
clarationis.

Declaratio
nullitatis re-
centi Edi-
cti, cum il-
lius revoca-
tione.

Mandatur
hujus Con-
stitutionis
publicatio, &
observantia
sob poena In-
terdicti.